STANISŁAW WIELGUS

# ZWIĄZKI KOMENTARZA MACIEJA Z ŁABISZYNA DO EWANGELII ŚW. JANA Z *SUMĄ TEOLOGICZNĄ* ALEKSANDRA Z HALES

W trzecim tomie *Acta Mediaevalia* opublikowano wykaz kwestii oraz tytułów ważniejszych zagadnień, jakie zawiera komentarz Macieja z Łabiszyna do Prologu oraz do pierwszych 8 rozdziałów Ewangelii św. Jana (BJ 1273, 1455). Z uwagi na interesującą, z punktu widzenia historyka filozofii i teologii średniowiecznej, tematykę, która została tam poruszona, doszliśmy do przekonania, że będzie rzeczą pożyteczną dokonać edycji niektórych, bardziej nas interesujących fragmentów tego dzieła. Na początek postanowiliśmy wydać całą partię kwestii traktujących o problemie zła. Przy weryfikowaniu cytatów, których tekst Macieja, podobnie zresztą jak inne współczesne mu teksty, zawiera bardzo wiele, stwierdziliśmy, że kwestie Macieja na temat zła pozostają pod bardzo dużym wpływem *Sumy teologicznej* przypisywanej Aleksandrowi z Hales. Fakt ten skłonił nas do przeprowadzenia dokładniejszego porównania całego komentarza Macieja z Łabiszyna z wyżej wspomnianym dziełem. Praca ta pozwoliła nam na stwierdzenie daleko idącej zależności komentarza Macieja od sumy Aleksandra. Jest to widoczne szczególnie w odniesieniu do pierwszego tomu dzieła Macieja, zawierającego jego komentarz do Prologu (BJ 1273). Zależność tomu drugiego, dzieła Macieja, zawierającego komentarz do 8 rozdziałów Ewangelii św. Jana, od *Sumy* Aleksandra jest nieporównywalnie mniejsza. Zakres tematyki tam poruszonej skłonił widocznie Macieja do korzystania także z innych źródeł, których na razie nie identyfikowaliśmy. Mówiąc o dużej zależności Maciejowego komentarza do Prologu od dzieła Aleksandra z Hales pragniemy się zastrzec, że także i w tym przypadku dzieło Aleksandra nie było jedynym, pod którego wpływem Maciej tworzył swój komentarz. Tabela, którą tutaj zamieszczamy (jako dokumentację powyższych stwierdzeń), wskazuje na to, że dla wielu fragmentów komentarza Macieja do Prologu próżno by szukać odpowiednika w dziele Aleksandra. Pochodzą one bądź z innych źródeł, bądź też napisane zostały przez niego samego. Dalsze badania nad komentarzem pozwolą zapewne na dokonanie właściwych ustaleń w tym względzie. Komentarz Macieja z Łabiszyna nawet w tych miej-

scach, w których widzimy jego dużą zależność od *Sumy* Aleksandra, nie jest mechanicznym z niej odpisem. Wprawdzie faktem jest, że przejęte doń zostały dosłownie i tytuły kwestii Aleksandra, i duże fragmenty ich tekstu, lecz nie zostało to dokonane w sposób mechaniczny. Konstrukcja kwestii Macieja, w porównaniu do konstrukcji kwestii z *Sumy* Aleksandra, jest różna, tak jak różny jest sam charakter dzieł Macieja i Aleksandra. Dzieło tego ostatniego bowiem jest typową średniowieczną sumą zawierającą metodyczny, precyzyjnie uporządkowany według traktatów wykład chrześcijańskiej nauki teologicznej. Dzieło Macieja natomiast to typowy komentarz biblijny o następującym schemacie: 1. Przytoczenie fragmentu Pisma św.; 2. *Divisio* – usystematyzowanie i uszeregowanie treści traktatu w podziałach i podpodziałach; 3. *Expositio* – właściwy wykład; 4. *Quaestio* – szereg kwestii, które rozwiązują problemy, jakie nasunęły się autorowi przy expositio. Z porównania tych obydwu dzieł wynika wyraźnie, że nasz krakowski mistrz przeprowadza w swoim komentarzu własną myśl i własne założenia, zaś teksty z *Sumy* Aleksandra z Hales wykorzystuje jedynie jako tworzywo potrzebne mu do jasnego wykładu problemów, które nasuwają mu się w związku z lekturą tekstu Ewangelii św. Jana. Argumentem to potwierdzającym jest chociażby fakt, że Maciej budując swoje kwestie, nie ogranicza się do materiału zawartego w kwestiach Aleksandra o identycznie brzmiących tytułach, lecz że szuka potrzebnego mu materiału także w innych częściach *Sumy* traktujących niejednokrotnie tylko przypadkowo o tym, co jest przedmiotem jego rozważań, oraz w dziełach innych autorów, nie mówiąc już o własnym jego wkładzie w pisane dzieło.

Ustalone identyfikacje fragmentów komentarza Macieja z Łabiszyna w *Sumie teologicznej* przypisywanej Aleksandrowi z Hales

| Maciej z Łabiszyna, *Commentum super Prologum in Evangelium sancti Ioannis (BJ* 1273): | | Aleksander z Hales: Alexandri de Hales OFM, *Summa theologica*, ad Claras Aquas (Quaracchi), t. 1 – 1924, t. 2 – 1928, t. 3 – 1930, t. 4 – 1948: |
|---|---|---|
| p. 4ra–b | – | t. 1, 2, p. 5b |
| p. 4rb | – | t. 1, 3, p. 5a–b |
| p. 4vb | – | t. 1, 6, p. 11a–b; t. 1, 7, p. 12a |
| p. 19ra | – | t. 1, 8, p. 15a |
| p. 19ra–b | – | t. 1, 9, p. 17a–b |
| p. 42va | – | t. 1, 316, p. 462b et sqq. |
| p. 43vb | – | t. 1, 317, p. 465a–b |
| p. 46vb | – | t. 1, 328, p. 482a et sqq. |
| p. 47rb | – | t. 1, 329, p. 484a et sqq. |
| p. 47vb | – | t. 1, 332, p. 487a et sqq. |
| p. 56rb | – | t. 2, 26, p. 37a–b |
| p. 56va–vb | – | t. 2, 23, p. 34a–35b |
| p. 57ra | – | t. 2, 20, p. 30a et sqq. |
| p. 60rb | – | t. 2, 3, p. 5a et sqq. |
| p. 61ra | – | t. 2, 4, p. 7a et sqq. |

| | |
|---|---|
| p. 62rb | – t. 2, 5, p. 11a et sqq. |
| p. 65rb–va | – t. 3, 1, p. 2a et sqq. |
| p. 65va–vb | t. 3, 3, p. 7b–8b |
| p. 66ra–rb | – t. 3, 5, p. 10a; t. 3, 6, p. 12a |
| p. 66rb–vb | – t. 3, 8, p. 13b, p. 14a–b |
| p. 66vb–67ra | – t. 3, 10, p. 18a; t. 3, 9, p. 15a–16b |
| p. 67ra–vb | – t. 3, 12, p. 20–21 |
| p. 68ra | – t. 2, 21, p. 33 |
| p. 82rb | – t. 4, 631, p. 996a et sqq. |
| p. 83rb | – t. 4, 632, p. 999a |
| p. 84ra | – t. 4, 633, p. 1000a et sqq. |
| p. 96ra | – t. 1, 34, p. 54 |
| p. 97rb | – t. 1, 35, p. 57a et sqq. |
| p. 97vb | – t. 1, 36, p. 58a et sqq. |
| p. 99ra | – t. 1, 37, p. 61a et sqq. |
| p. 99va–vb | – t. 1, 38, p. 62a et sqq. |
| p. 100ra | – t. 1, 39, p. 63a et sqq. |
| p. 100rb–va | – t. 1, 40, p. 64a |
| p. 100va | – t. 1, 40, p. 64b |
| p. 101ra | – t. 1, 41, p. 65a et sqq. |
| p. 101va | – t. 1, 42, p. 67a |
| p. 102ra | – t. 1, 43, p. 68a |
| p. 102va | – t. 1, 44, p. 69a et sqq. |
| p. 103ra | – t. 1, 45, p. 70a et sqq. |
| p. 103rb | – t. 1, 49, p. 76a et sqq. |
| p. 103rb–va | – t. 1, 50, p. 77a et sqq. |
| p. 103vb | – t. 1, 51, p. 78a et sqq. |
| p. 104ra | – t. 1, 52, p. 79a et sqq. |
| p. 104vb | – t. 1, 53, p. 80a et sqq. |
| p. 105rb | – t. 1, 54, p. 82a et sqq. |
| p. 105va | – t. 1, 59, p. 87a et sqq. |
| p. 114vb | – t. 4, 700, p. 1117a |
| p. 115vb | – t. 4, 701, p. 1118a et sqq. |
| p. 134vb | – t. 1, 143, p. 222a et sqq. |
| p. 135vb | – t. 1, 144, p. 224a |
| p. 136ra | – t. 1, 145, p. 224a et sqq. |
| p. 136rb | – t. 1, 146, p. 225a et sqq. |
| p. 136vb | – t. 1, 147, p. 226 |
| p. 137ra | – t. 1, 148, p. 226 |
| p. 137rb | – t. 1, 149, p. 226–227 |
| p. 149rb | – t. 4, 65, p. 96 et sqq. |
| p. 150ra | – t. 4, 66, p. 98a |
| p. 150va | – t. 4, 67, p. 98–99 |
| p. 151rb | – t. 4, 9, p. 23 |
| p. 152rb | – t. 4, 3, p. 13b |
| p. 163vb | – t. 4, 158, p. 219 |
| p. 180vb | – t. 4, 94, p. 136–137 |
| p. 181ra | – t. 4, 95, p. 137 |
| p. 181rb | – t. 4, 90, p. 133 |
| p. 295rb | – t. 4, 120, p. 170 |
| p. 295vb | – t. 4, 122, p. 171 |

| | |
|---|---|
| p. 302vb | – t. 4, 181, p. 253 |
| p. 303rb | – t. 4, 182, p. 254b |
| p. 304ra | – t. 4, 183, p. 255 |
| p. 305ra | – t. 4, 187, p. 261b |
| p. 306rb | – t. 4, 188, p. 263 |
| p. 340rb | – t. 4, 96, p. 139a |
| p. 340va | – t. 4, 99, p. 144b |
| p. 341rb | – t. 4, 97, p. 140 |
| p. 342ra | – t. 4, 98, p. 142 |
| p. 342rb | – t. 4, 100, p. 147a |
| p. 342va–vb | – t. 4, 101, p. 147 |
| p. 343rb | – t. 4, 102, p. 148 |
| p. 344rb | – t. 4, 103, p. 150 |
| p. 344vb | – t. 4, 104, p. 150 |
| p. 345va | – t. 4, 105, p. 151 |
| p. 346ra | – t. 4, 106, p. 152 |
| p. 346rb | – t. 4, 107, p. 153 |
| p. 346va | – t. 4, 108, p. 154 |
| p. 346vb | – t. 4, 108, art. 1, p. 154; t. 4, 109, p. 155 |
| p. 347ra | – t. 4, 110, p. 155 |
| p. 348ra | – t. 4, 112, p. 157 |
| p. 348vb | – t. 4, 113, p. 158 |
| p. 349va | – t. 4, 114, p. 159 |
| p. 349vb | – t. 4, 115, p. 160a |
| p. 350ra | – t. 4, 115, p. 160b |
| p. 351rb | – t. 4, 115, p. 162b |
| p. 376va | – t. 4, 116, p. 163 |
| p. 377va | – t. 4, 117, p. 165 |
| p. 379va | – t. 4, 118, p. 168 |
| p. 379vb | – t. 4, 119, p. 169 |
| p. 380rb | – t. 4, 120, p. 170a–b |
| p. 380va | – t. 4, 122, p. 171 |
| Maciej z Łabiszyna, *Commentum super octo capitula Ev. sancti Ioannis* – I. 1,15 – 8,12 (BJ 1455): | Aleksander z Hales, dz. cyt.: |
| p. 25a | – t. 4, 545, p. 840 |
| p. 26b | – t. 4, 546, p. 844a |
| p. 27b | – t. 4, 547, p. 845 |
| p. 34b | – t. 4, 550, p. 851a |
| p. 36a | – t. 4, 551, p. 853a |
| p. 36b | – t. 4, 552, p. 854 |
| p. 37b | – t. 4, 552–553, p. 856 |
| p. 39a | – t. 4, 554, p. 858a |
| p. 39b | – t. 4, 555, p. 859 |

65rb // Quaeritur an malum sit.

Et videtur, quod non, quia hic dicitur: „Sine ipso factum est nihil", id est malum; ergo malum nihil est, ergo non est. Item Augustinus XI *De Trinitate* dicit: „Mali nulla natura est". Sed cuius nulla natura est, hoc non est. In oppositum arguitur: Omne corruptivum est activum, sed omne activum habet naturam per quam agit, ergo et omne corruptivum; sed malum corruptivum est, quia corrumpit modum, speciem et ordinem, ut dicit Augustinus, ergo habet in se naturam aliquam per quam agit, ergo malum est aliquid.

Item, omne, quod est ordinatum, est; sed malum est ordinatum, secundum Augustinum *De natura boni*: „Malum ordinatum et suo loco positum eminentius commendat bona"; ergo malum est. Respondeo: „esse", est duplex, scilicet „esse naturae", et secundum hunc modum, ratione eius quod subservitur malitiae, malum dicitur aliquid, ut mala actio ratione actionis dicitur esse aliquid. Aliud est „esse moris", prout „esse est, quod servat ordinem reti-
65va netque naturam", secundum Boethium in libro *De consolatione*, // secundum quem modum dicuntur mali homines, in eo, quod mali, non esse; et secundum hunc modum dicitur esse, quod recte ordinatum est ad finem summum, scilicet Deum, et sic malum non est, sed est privatio illius ordinis sive illius boni. Ex quo patet, quod malum moris esse naturae non privat vel minuit ut quod homo est homo vel quod anima est anima, per peccatum, hoc esse non privatur vel minuitur, sed servatur. Sed est aliud esse, quod privatur vel minuitur, quod modo, specie et ordine determinatur, tale esse non omnino servat, sed aut privat aut minuit. Et sic malum nihil est, quia est privatio boni, et sic consideratum nec habet stabilitatem, nec subsistentiam ratione boni, quod privatur.

Quaeritur utrum malum habeat causam, scilicet utrum Deus sit causa mali vel creatura.

---

**3–22** Alexander de Hales: Alexandri de Hales OFM, *Summa theologica, ad Claras Aquas (Quaracchi) 1924–1948*, t. III, 1, p. 2a–3a **4–5** J 1, 3 **5–6** Augustinus, *De Trinitate*, XI, 5, v. 40–41, in: *Corpus Christianorum Series Latina*, Turnhout 1968, t. I, p. 344; idem, *De civitate Dei*, XI, 9, v. 70, *Corpus*, Turnhout 1955, t. XLVIII, p. 330; idem, *De Genesi ad Litteram*, PL 34, col. 384 **9–10** Augustinus, *De natura boni contra Manichaeos*, PL 42, col. 553 **13–14** Ibidem, PL 42, col. 554, 556 **18–19** Boethius, *Philosophiae consolatio*, IV, 2, v. 98 et sqq., *Corpus*, Turnhout 1957, t. XCIV, p. 69 **23–30** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 1, p. 3a–3b **31–48** Ibidem, t. III, 3, p. 7b–8b

Responsio: Malum non habet causam propriam, quae reducatur secundum quod huiusmodi, ad causam propriam, nec habet causam efficientem, sed deficientem, sicut dicit Augustinus XII *De civitate Dei*, capitulum 9: „Mali non est causa bonum, sed defectus a bono". Si autem dicatur, quod malum habet causam deficientem, tandem est venire ad primum defectum, qui defectus, cum non sit semper, causam habebit. Respondeo, quod causa ipsa est ipsum liberum arbitrium, quod se ipso deficit quantum ad bonum esse, sicut dicit Augustinus, in libro *De libero arbitrio*: „Ipsum malum si quaeritur, causa eius haec est: liberum arbitrium". Dicit enim: „Peccare est spreto incommutabili bono, commutabili bono adhaerere", quod facimus propriae voluntatis arbitrio. Et si obiciatur utrum malum habeat causam propriam, respondeo, quod habet 65vb causam deficientem, sed non propriam efficientem. // Oportet enim, quod in infinitum esset processus, nec oportet in voluntariis causam propriam quaerere.

Quaeritur ergo, cum malum habeat causam aliquo modo, utrum Deus sit causa mali aut creatura tantum.

Et videtur, quod Deus. Augustinus in libro *De libero arbitrio*: „Exsistimo Deum operari in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit, sive ad bonum pro sua misericordia, sive ad mala pro meritis eorum, iudicio suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto". Ergo ipse Deus inclinat voluntatem hominum ad mala; ergo ipse est causa malae voluntatis; ergo est causa mali.

Item Augustinus in eodem: „Deus idolatriae peccatum volens vindicare, hoc operatus est in eius corde cui iuste irascebatur, ut admonitionem salubrem non audiret, sed contempta, iret in bellum, ubi cum suo exercitu caderet". Et tangit beatus Augustinus *II Paralipomenon 25* de Amasia rege Iuda, dicit enim sic: „Noluit audire Amasias, eo quod Domini esset voluntas, ut tradetur in manibus hostium propter deos Edom". Secundum ergo verbum beati Augustini hoc operatus est Dominus in corde eius ut non audiret admonitionem salubrem sed non audire admonitionem salubrem est malum, ergo Deus operatus est malum. In contrarium arguitur dicendo super illo verbo: „Qui infert iram etc." *Glossa*:

---

**35–37** Augustinus, *De civitate*, XII, 9, v. 580, p. 364 **41–42** Idem, *De libero arbitrio*, XIX, 53, 199, *Corpus*, Turnohout 1970, t. XXIX, p. 272; ibidem, p. 274 **49–87** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 4, p. 8a–9b **51–55** Augustinus, *De gratia et libero arbitrio*, cap. 21, n. 43, PL 44, col. 909 **58–61** Ibidem **62–64** II Paralip. 25, 20 **64–66** vide 51–55 **67–69** Petrus Lombardus, *Collectanea in epistolam Ad Romanos*, PL 191, col. 1354; Fulgentius, *Ad Monimum*, I, cap. 19, PL 65, col 167

Illius rei Deus ultor est, cuius non est actor iniquitatis", ergo non est causa mali. Item *Ad Romanos* VI super illud: „Quod autem mortuus est peccato..." etc. *Glossa*: „Non Deo auctore fit homo deterior, sed voluntatis vitium est, quo homo est deterior". Respondeo: Malum culpae non est a Deo, sed malum poenae est a Deo, in quantum est poena. Et respondendum est ad obiecta. Ad
66ra // primum dicendum est, quod illud verbum Augustini intelligitur de malo poenae. Peccatum enim quandoque est poena peccati, quando scilicet homo incidit in peccatum ex merito suo; et in quantum poena est, a Deo est, in quantum vero peccatum–ab homine est. Et hoc patet per hoc, quod addit Augustinus: „Iudicio Dei aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto". Simili modo respondendum est ad secundum obiectum. Nam obduratio in non audiendo admonitionem salubrem est poena peccati praecedentis, et sic <a Deo est. Ad tertium dicendum, quod hoc, quod dicitur in *Glossa* super illud: „Convertit> cor eorum" etc., non ideo dicit: „Convertit Deus corda eorum", quia Deus sit auctor mali, sed quia, „cum ipsi suo vitio essent mali, ille de malo illorum bene fecit".

Quaeritur, supposito quod malum non sit a Deo sed a creatura, utrum sit a creatura quia ex nihilo vel quia ex aliquo, scilicet bono.

Quod autem ex nihilo ostenditur <in hunc modum>: Augustinus in libro *De libero arbitrio*: „Omnis defectus est ex nihilo". Sed omne malum est defectus, ergo omne malum est, quia ex nihilo. Responsio: Dicendum est, quod malum est in bono, et ita in aliquo; sed non ex hoc, quod est ex summo bono, est malum, immo ex hoc, quod ex nihilo. Secundum Augustinum XII *De civitate Dei*: Liberum enim arbitrium, quia liberum est, non cogitur ad malum, et, quia ex nihilo est, vertibile est in malum; cum autem vertitur, sua voluntate vertitur. Et quia liberum arbitrium est in angelo et homine, peccatum ab his fieri potest et ab his est perpetratum, nam quod a diabolo sit, dicitur in libro *De ecclesiasticis dogmatibus*: „Malum vel malitia non est a Deo creatum, sed a diabolo inventa". Quod etiam sit ab homine. Patet super illud *Isaias* LI: „Dixerunt animae tuae: incurvare ut transeamus". *Glos-*

---

**70–71** Rom. 6, 10 **71–74** Petrus Lombardus, op. cit., PL 191, col. 1406 **884–94** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 5, p. 10a **91–92** Augustinus, *De libero*, XX, 54, 204, p. 273 **94–96** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 5, p. 11a **91–99** Ibidem, p. 11b; cf. Augustinus, *De civitate*, XII, 2, v. 1 et sqq., p. 356–357 **99–103** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 5, p. 11a–b **101–103** Pseudo-Augustinus, *De ecclesiasticis dogmatibus*, PL 42, col. 1218 **103–105** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 6, p. 11b 104 Is. 51, 23

66rb *sa*: „Nisi te ipsum subdideris daemones non // nocebunt tibi". Et ideo dicendum est, quod malum est primo a diabolo, sicut habetur *VIII Ioannis*; super illud: „Ille homicida fuit ab initio", et postea: „Mendax est et pater eius". Dixit *Glossa*: „Nota: homicidam non solum qui ferro, sed qui verbo cecidit, ut diabolus primos parentes". Et post sequitur: „Homo mendax, qui non habet a proprio, sed ab alio accepit, id est diabolo; et addit: „Et pater eius", pater est ipsius mendacii, quod invenit mendacium". Mendacium autem dicitur peccatum. Cum ergo dicitur: Omne malum est a diabolo, hoc est ratione prioritatis in tempore et ratione dignitatis, quia angelus prior est homine, et etiam occasionis, quia diabolus invidit humanae naturae et invidendo suggessit. Unde dicit Bernardus in *XVII Omelia „Super Cantica"*: „Vidit, et in livore suo invidit et molitus est habere subiectos suos dedignatus. Infirmiores, inquit, et inferiores natura non decet esse concives in gloria". Et nota: Licet dicatur: Omne malum a diabolo non est ex eo, quod homo non habeat de se ut possit peccare sine diaboli suggestione. Sicut enim liberum arbitrium eius de se vertibile est, ita vertibile est in malum, ita de se potest cadere, sive habeat suggestorem sive non. Sed dicitur: a diabolo omne malum, ut dictum est ratione temporis vel occasionis. Et cum dictum sit, quod mali causa est voluntatis sine libero arbitrio:

Quaeritur ergo de causa malae voluntatis, scilicet quae sit eius causa.

Et videtur, quod Deus, quia Augustinus in XII *De civitate Dei*
66va dicit: „Sint duo aequaliter affecti omnino in corpore et pares in // >in< omnibus, et viderint unam rem pulchram, ut mulierem vel equum vel aliquid huiusmodi, qua re visa, unus illicite fruatur, alter non. Quae ergo fuit causa? Non rei pulchritudo, cum eadem esset et quemlibet de se aequaliter moveret; non caro, cum similiter se habeant quantum ad carnis dispositionem; nec animus, cum similes essent animi; non sugestio maligni spiritus, cum malignus spiritus aeque temptat, quantum est de se, utrumque. Nihil ergo videtur nisi propria voluntas esse causa ipsius mali. Sed illam quis fecit, cum ante non esset nisi natura bona? Naturae autem bonae Deus est causa, illius autem mali nullatenus est causa. Quae ergo est cau-

---

**105–120** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 6, p. 12a–b **107–108** J. 8, 44 **108–112** Walafridus Strabo, *Glossa ordinaria. Evangelium secundum Ioannem*, PL 114, col. 393 **116–120** Bernardus, *Sermones in Cantica Canticorum*, PL 183, col. 857 **120–124** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 6, p. 12a **127–141** Ibidem, t. III, 8, p. 13b **129–132** Augustinus, *De civitate*, XII, 6, v. 58 et sqq., p. 361

sa?" Responsio secundum Alexandrum de Hales: „Et dicit Augustinus in libro *De civitate Dei*: Liberum arbitrium sive voluntas potentia dupliciter potest considerari: vel in quantum est natura, et secundum hoc non est causa mali; vel in quantum est ex nihilo vel se ipso deficiens et conversum ad vanum, et secundum hunc modum est causa malae voluntatis, prout mala voluntas dicit actum interiorem. Sed non ex hoc accipiendum est, quod malum primo sit in voluntate potentia quam in voluntate actu, sed e contrario, in actu prius quam in potentia. Et propter hoc non sequitur: Deus est causa liberi arbitrii per se, et liberum arbitrium per se causa mali, ergo Deus est causa mali, quia liberum arbitrium ratione alterius et alterius est causa et causatum; est enim causatum ut effectus, est causa ut deficiens; qui tamen defectus dicitur secundum alterum genus defectus quam ipse actus; actus enim dicitur defectus culpabi-
66vb lis, qui non habet ante se defectum // culpabilem". Dicendum est vero, quod adducebatur ab Augustino: „Dicendum est, quod paribus exsistentibus condicionibus, non est dicere rationem mali in voluntate nisi ipsam voluntatem, quae se ipsa vertibilis est. Et quod se ipsa vertitur in isto et non in alio, non est assignare aliquam causam a se ipso, quia quod ille vertitur ad malum, non est nisi quia placet: placiti autem non est alia ratio nisi voluntas. Sicut in bonis, cum perventum est ad voluntatem Dei, nulla alia ratio est quam ipsa voluntas Dei, ita in malis cum perventum est ad voluntatem vertibilem sibi relictam: hoc enim dicitur propter voluntatem in bono per gratiam affirmatam".

Notandum ulterius an mala actio secundum quod actio sit a Deo. Respondeo, quod mala actio, secundum quod actio, sit a Deo sed non secundum quod mala, nam mala actio, secundum quod mala est, est a mala voluntate. Dicendo autem malam voluntatem, duo dico, scilicet ipsam voluntatem, quae est motus potentiae, et defectum ipsius, qui est malitia. Voluntas ergo ratione potentiae reducitur ad causam primam; quod autem ibi dico „malum", sistit in ipsa secundum quod est deficiens et non ulterius procedit: hoc enim non habet a Deo, sed quia ex nihilo, et ideo vertibilis ad malum. Ex libero tamen arbitrio procedit voluntas bona et mala; sed per modum efficientis – in quantum scilicet a Deo est, procedit voluntas bona; per modum vero deficientis – in quantum scilicet est vertibilis per electionem et de nihilo, est

---

**141–165** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 8, p. 14a–b **141–155** cf. Augustinus, *De civitate*, XII, 6, p. 359–362 **156–165** cf. Augustinus, *Enchiridion, sive de fide, spe et charitate*, cap. 23, PL 40, col. 244 **166–176** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 10, p. 18a

causa voluntatis malae, et sic secundum quod declinat in non causam per aversionem a summa causa. Ideo simpliciter non ponetur principium secundum hoc; praeterea esto, quod diceretur principium liberum arbitrium mali, non sequeretur, quod esset verum: immo tot principia quot essent libera arbitria deficientia in diversis rationalibus creaturis. Et hoc vult dicere beatus Augustinus, quod malum est ex multis defectibus, non ex una causa. Et ideo licet voluntas sit a Deo et malum a voluntate, non tamen malum a Deo; non enim est a voluntate secundum quod ad Deum refertur. Similiter dicendum est de actione: nam, in quantum actio procedit a voluntate secundum quod est potentia a Deo; sed in quantum mala, procedit a potentia ut deficiens. Ex quo sequitur, quod Deus liberum arbitrium non adiuvat ad malum, sed tantum ad bonum, scilicet in quantum ad actionem, sed non in quantum ad malum, scilicet ad malitiam vel defectum, quia hoc non est posse immo non
67ra posse. // Non enim potentia habet hoc a Deo, quod vel ipsa natura quod deficiat, sed a se, quia de nihilo; dat enim Deus potentiae, quod possit operari, sed non dat ei, quod possit male operari. Ex quo ulterius patet, quod liberum arbitrium in mala actione continuatur Deo et discontinuatur, sive separatur et coniungitur, sed respectu diversorum, quia in quantum actio procedit ab eo, coniungitur Deo quantum ad esse actionis ita, quod ipsa coniunctio cum summo bono inducit actionem quantum ad esse. Sed liberum arbitrium separatur a Deo quantum ad affectionem vel affectum, quem inducit, scilicet difformitatem sive malitiam, et hoc est voluntatis deficientis.

Sed dubium: Duplex est lux, scilicet spiritualis et corporalis. Eadem autem lux corporalis est causa lucis et tenebrarum, sicut Sol per sui praesentiam est causa lucis, per sui absentiam est causa tenebrarum; ergo similiter lux spiritualis, quae Deus est *(Ioannes I et VIII)*, erat causa lucis, et boni, et causa tenebrarum, et mali; ergo Deus est causa malae actionis, in quantum mala est, sicut Sol causa tenebrarum. Responsio: Non est simile de luce corporali et spirituali respectu lucis et tenebrae, quia sol materialis agit per naturam, et ideo per sui praesentiam est causa lucis, per sui absentiam est causa tenebrarum. Sol autem spiritualis, sol iustitiae, agit per voluntatem, non per naturam, respectu lucis spiritualis sive boni, non autem per sui absentiam est causa mali, immo potius

---

**184–185** cf. Augustinus, Enchiridion, cap. 23–24, PL 40, col. 244 **185–191** Alexander de Hales, t. III, p. 18a **205–211** Ibidem, t. III, 9, p. 15a **208–210** J. 1, 4–9; 8, 12 **211–237** Alexander de Hales, t. III, 9, p. 16a–b **214–215** cf. Malach. 4, 1 **217–220** Anselmus, *De casu diaboli*, cap. 2, PL 158, col. 328

ipsum malum est causa absentiae solis spiritualis. Unde dicit Anselmus, *De casu diaboli, de bono angelo*: „Quia Deus dedit illi perseverantiam, ideo ille accepit"; et de malo dicit: „Quia non accepit perseverantiam, ideo Deus non dedit". Ideo super illud *Ad Romanos*: „Tradidit illos Deus <in desideria" etc., Quia cultum et religionem Dei imaginibus tradiderunt, „tradidit illos Deus">, id
67rb est subtra- // -hendo gratiam tradi permisit; nihil enim absque eius permissione fit in malis". Unde defectus liberi arbitrii est causa recessus solis spiritualis, non e converso; ideo non est dicendum, quod sol spiritualis per sui absentiam sit causa tenebrarum. Nam ipse sol spiritualis est agens universale, quod ubique se diffundit: unde de se nunquam abest, sed alia desunt ab ipso, quando recedunt per peccatum. Ideo non est dicere, quod sua absentia sit causa tenebrae sive mali, immo ipsum liberum arbitrium deficiens est causa quare ei abest ipse sol spiritualis. Cum enim nulli de se absit, non est sua absentia causa alicuius, immo e converso. Sol autem materialis est naturaliter agens; unde est agens particulare non ubique se diffundens, immo naturaliter movetur ab hoc situ in illum, et cum est in hoc situ, non illuminat in alio, quia non ubique se diffundit: et propter hoc abest aliquibus et est causa tenebrae; sic ergo patet, quod non est simile hic et ibi.

Quaeritur quare Deus permittat mala fieri.

Responsio secundum Alexandrum, quod permissio malorum est ad ostensionem potentiae Dei, sapientiae, benignitatis et iustitiae. Primo permissio malorum a Deo est ad ostensionem potentiae eius. Non quod potentia Dei ex hoc esset maior, sed ut supra plura declaretur potentia divina, nam plus est posse, cum ex bonis eliciuntur bona et ex malis bona, quam cum ex bonis tantum. Item, posse super bona et super mala est amplius posse quam super bona tantum; quia posse super mala non esset nisi Deus permitteret mala fieri, quia non essent mala; ergo permissio est ad ostensionem
67va potentiae. Ad ostensionem vero sapientiae // ut bonum decentius collocetur. Collocatur enim tunc decentius, cum malo superfertur. Praeterea, quia contraria iuxta se posita magis apparent, bonum, iuxta quod est malum, pulchrius apparet. Ex hoc enim ostenditur sapientiae pulchritudo, nam dicit Isidorus in libro *De summo bono*: „Non permitteret Deus mala oboriri, nisi ex contrariis malis bonis decor appareret aut emineret". Sed pulchritudo est ad ostensionem ipsius sapientiae; ergo permissio mali est ad ostensio-

---

**220–221** Rom. 1, 24 **238–294** Alexander de Hales, op. cit., t. III, 12, p. 20–21 **252–254** Isidorus Hispalensis, *De summo bono*, I, cap. 9, n. 5, PL 83, col. 552

nem sapientiae. Ad idem est Augustinus XI *De civitate Dei*: „Sicut contraria, contrariis opposita, sermonis pulchritudinem reddunt, ita quadam, non verborum, sed rerum eloquentia, contrariorum oppositione, saeculi pulchritudo componitur". In eodem, alibi: „Sicut pictura cum colore nigro, loco suo posita, ita universitas rerum, si quis posset intueri, cum peccatoribus pulchra est, quamvis per se ipsos consideratos sua deformitas turpet". Ad ostensionem vero benignitatis est permissio mali, ut in hoc natura laudetur et per consequens actor naturae. Unde Augustinus XII *De civitate Dei*: „Cuius recte vituperatur vitium procul dubio laudatur natura. Sicut, cum dicitur vitium oculorum caecitas, ideo obicitur, quod ad naturam oculorum pertinet visus, ita cum vitium rationalis creaturae dicitur, quod non adhaeret Deo, hinc declaratur eius naturae, ut Deo adhaereat, convenire". Quod adhuc sit ad declarationem benignitatis, habetur ex hoc, quod mali sunt ad exercitium iustorum; sed quod exercitentur iusti, hoc est benignitatis divinae, sicut patuit in *Iob*: „Dixit enim Sathan: Mitte manum tuam, et tange os eius et carnem; et postea dixit Dominus: Ecce in
67vb manu // tua est", ubi notatur permissio divina; ex malis autem illatis eius patientia probatur. Et Isidorus in libro *De summo bono*: „Non amplius tentat diabolus quam Dei voluntas permittit, tentando autem sanctorum profectibus servit; et sic nolens utilitati sanctorum servit diabolus, quando eos tentationibus suis non decipit, sed potius erudit. Nam tentationes, quas ad humanum interitum movet, Christus ad exercitium virtutum salubri utilitate convertit". Ad ostensionem iustitiae, ut scilicet nullum malum sit impunitum. Augustinus, *De natura boni*: „Melius ordinatur natura ut iuste doleat in supplicio quam ut impune gaudebat in peccato". Et in *Glossa*, super illud *Ad Romanos XIII*: „Non est potestas nisi a Deo": „Iniustum non est, ut, improbis accipientibus nocendi potestatem malorum iniquitas puniatur". Praeterea mala poenae non essent nisi mala culpae praecessissent; sed non praecederent mala culpae nisi divina permissione; ergo mala poenae non essent nisi praecedente divina permissione; sed mala poenae sunt per se ad ostensionem divinae iustitiae; quod ergo permittit Deus mala cul-

---

**256–259** Augustinus, *De civitate*, XI, 18, v. 18–21, p. 337 **259–262** Ibidem, XII, 1, v. 58 et sqq., p. 356 **272–273** Iob. 2, 5–6 **275–281** Isidorus Hispalensis, *De summo*, PL 83, col. 660 **282–283** Augustinus, *De natura boni*, PL 42, col. 554 **284–286** Petrus Lombardus, *Collectanea*, PL 191, col. 1504 **284** Rom. 13, 1

pae fieri, hoc est ad ostensionem iustitiae in poenis. Unde Augustinus in libro *De natura boni*: „Peccantes in suppliciis ordinantur; quae ordinatio quando naturae eorum non competit, ideo poena est, sed quia culpae conveniens iustitia est". Ex quo patet, quod permissio malorum est ad ostensionem potentiae, sapientiae, benignitatis et iustitiae divinae. Ex dictis etiam patet, quod malum naturae est in bono naturae, quod privatur, et non in illo bono, quo privatur. Et malum culpae est in libero arbitrio, non tantum ut in agente, sed etiam ut in patiente aliter et aliter in agente, ut in 68ra efficiente et patiente ut in materiali. // Et notandum secundum Alexandrum, quod „creare" dicitur >dicitur< multipliciter. Proprie enim dicitur „ex nihilo facere", sed sicut „esse ex nihilo" dicitur differenter, ita et „creare" dicitur differenter. Uno modo enim dicitur „creare" – omnino de nihilo facere, et secundum hoc dicitur: „In principio creavit Deus caelum et terram". Alio vero modo dicitur – de nihilo facere, cum recreat, hoc enim est de non esse culpae reducere ad esse gratiae, et secundum hoc potest dici illud, quod dicitur in illo *Psalmo* – Exsultate iusti in Domino, in illo versu: „Dixit, et facta sunt"; dicuntur enim ibi creata, quae per gratiam sunt recreata. Tertio vero modo dicitur „creare", cum illud quod deficit in bonum convertitur, et hoc est malum ad bonum ordinare, et sic accipitur cum dicitur: Ego Dominus faciens bonum et creans malum; mala enim in bonum convertit. Nihil ergo dicitur tripliciter: vel quod omnino nihil est vel quod nihil est ratione culpae vel quod nihil est ratione poenae.

---

**291–294** Augustinus, *De natura boni*, PL 42, col. 554 **300–313** Alexander de Hales, op. cit., t. II, 21, p. 33 **304–305** Gen. 1, 1 **308–309** Ps. 32, 9.

## LE COMMENTAIRE DE MATHIAS DE ŁABISZYN À L'EVANGILE DE SAINT JEAN ET LA *SOMME THÉOLOGIQUE* D'ALEXANDRE DE HALES


**Résumé**

Dans le T. III des *Acta Mediaevalia* a été publiée une liste des questions et des titres de problèmes plus importants que contient le commentaire de Mathias de Łabiszyn au Prologue et aux premiers huit chapitres de l'Evangile de saint Jean (BJ 1273 et BJ 1455). Des recherches plus poussées sur le texte de ces manuscrits, et surtout la publication de plusieurs petites questions du manuscrit BJ 1273, relatives au problème du mal, nous ont permis de constater une influence fort importante, sur le commentaire de Mathias de Łabiszyn, de la *Somme théologique* attribuée à Alexandre de Hales. Dans la présente étude, nous fournissons les éléments illustrant l'étundue de cette influence. Elle se trouve aussi mise en évidence par l'appareil philologique (donnant une vérification des citations) en rapport avec les textes par nous publiés. Nos analyses ont montré que le commentaire de Mathias de Łabiszyn n'est pas redevable à la seule *Somme* d'Alexandre de Hales. Il est remarquable qu'il ne suit pas aveuglement les fragments de textes copiés. Notre analyse a montré qu'il ne les traite que comme matériau nécessaire à un exposé clair des problèmes suscités par la lecture de l'Evangile de saint Jean. La dépendance du commentaire de Mathias de la *Somme* d'Alexandre de Hales se laisse remarquer avant tout dans la première partie du commentaire, concernant le Prologue (J 1,1–14) – BJ 1273, tandis que la deuxième partie du commentaire – BJ 1455, ne doit que très peu à la *Somme*. Mathias y mit à profit des écrits d'autres auteurs. Les recherches ultérieures permettront d'élaborer une vue plus précise de la question.